ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 38r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



omnes gentes terrae; sciebat enim quia precipi et filiis suis
et seruabunt uias domini. ut sciant iustitiam et iudicium. ut
impleat dominus abrahae quae indicauit ei; et dixit;
Clamor sodomorum et gomorrae repletus est. et
peccata eorum magna ualde; Discendi ergo. ut
uiderem. si secundum clamorem ipsorum qui uenit ad me
consummantur. sin autem ut sciam; Haec scripturae diui
nae sunt uerba. Videamus ergo nunc. quid in his in
telligi dignum sit. Discendi inquit ut uideam.
quando abrahae responsa deferuntur. non dicitur. dominum dis
cendere. sed super ipsum stare. sicut supra exposuimus.
Adstiterunt inquit tres uiri super eum. nunc autem quia peccatorum
causa agitur discendere dicitur dominus. Vide ne ascensionem
et discensionem localem sentias; frequenter enim hoc indi
uinis litteris inuenitur. sicut in michea prophetae. ecce in
quit dominus exit de loco sancto suo et discendit. et incedet
super excelsa terrae. Discendere ergo dicitur dominus. quando
curam humanae fragilitatis habere dignatur;
quod specialius de domino ac saluatore nostro senti
endum est. qui non recipinam arbitratus est esse. se ae
qualem deo. sed semet ipsum exinaniuit. formam serui
accipiens. Descendit ergo; neque enim alius as
cendit in caelum. nisi qui descendit de caelo.
filius hominis. qui est in caelo. Discendit enim